

amicis suis | mittere; eiusque maesolei claves duae pe|nes aliquem liber-  
torum meorum et cura|torem cuiusque anni sint. Substitúti: | T. Roucius  
Maternus, | C. Licinius Sotericus, | (*et alii septem*).

*Nemausi (XII 5861 vidit Hirschfeld). — 1) Ex testamento haec superesse ap-  
paret; cum autem lapis integer sit, nomina testatoris et heredum in alio lapide  
scripta fuisse necesse est (aut partem tantum testamenti publice propositam fuisse). — 2) Similiter in titulo Aconiensi quem edidit Ramsay Revue des études anciennes  
(Bord.) 1901 p. 275, correxit Chapot ib. 1902 p. 79 cf. p. 267: [τῆς δὲ δ[ιανομῆς  
με[τε]ρχ[ε]ιν] καὶ [τοὺς προστεταγ]μένους ὑπὸ τοῦ Πραξιῶνος πρὸς τῷ μνημείῳ αὐ-  
τοῦ ἀπε[λευθέρ]ους ἕξ, ἀνταριθμεῖσθαι δὲ ἐς τὸν τῶν τελευτώντων [τόπον] κτλ.  
Adde ex titulo Dacico III S. 14493, qui item superest ex testamento, v. 6 seq.*

### Testamentum Galli Lingonis.

**8379** . . . . . [cellam quam | a]edificavi memoriae, perfi-  
ci volo<sup>1</sup> ad exemplar quod dedi ita ut exe|[d]ra sit eo [loco]<sup>2</sup>, in quo  
statua sedens ponatur marmorea ex lapide | quam optumo transmarino  
v[el]<sup>3</sup> aenea ex aere tabulari quam optumo | alt[a]<sup>4</sup> ne minus p.<sup>5</sup> V. Le[c]-  
tica<sup>6</sup> fiat sub exedra et II subsellia ad | (5) duo latera ex lapide transmarino.  
Stratui ibi sit quod sternatur | per eos dies, quibus cella memoriae  
aperietur, et II lodices et cervi|calia duo par. cenator.<sup>8a</sup> et aboll[ae] II  
[et] tunica<sup>7</sup>. Araq. ponatur ante | id aedific. ex lapide Lunensi quam  
optimo sculpta quam optume, | in qua ossa mea reponantur. Cludaturq.<sup>8</sup>  
id aedific. lapide Lu|-(10)nensi ita ut facile aperiri et denuo cludi possit.  
Colaturq. id ae|dificium et ea pomaria et lacus arbitrato Philadelphi et  
Veri liber|torum meorum<sup>9</sup> impensa<sup>q.</sup> praestetur [ad] reficien[d]um resti-  
tuend., si quid | ex iis vitiatum corru[p]tumq. fuerit; colaturq. a trib.  
topiaris et | discentib. eorum, et si qui[s]<sup>10</sup> ex iis decesserit decesserintve  
subtra[c]- (15)tusve erit, in vicem eius eorumve alius al[te]r<sup>11</sup> substituant.;  
accipi|ant[que] singuli ex trib. tritici modios LX in ann. sing. et  
vesti|ar. nomine ✕ XX<sup>12</sup>. Aquila autem nepos meus et h.<sup>13</sup> eius haec  
prae|stare debeto debento. I[n]scribanturq.<sup>14</sup> in aedificio extrinsecus |  
nomina mag.<sup>15</sup> quib. coeptum erit id aedificium et quot annis vixero. Si |  
(20) quis alius aliave unquam in iis pomariis, quemadmodum eos | [hortos  
det]er[mini]avi et l|lacum [margin]e in[cl]ussi<sup>16</sup>, combustus | sepultusve  
confossusve conditusve consitusve<sup>17</sup> propiusve iis po|m[en]is [p]edes  
mille<sup>?</sup> erit sive aliquis<sup>18</sup> aliquid adversus ea facturus fuerit quae s. s.  
s., id h. | h.q.<sup>19</sup> mei<sup>20</sup> d. [d.]<sup>21</sup> esto sunt ea omnia ita fieri neq. aliter  
fieri. Loco | (25) autem huic lex haec in perpetuum dicitur, neq. quis-  
quam post me do|minium potestatemve eorum locorum habeto nisi in hoc  
[ut]<sup>22</sup> melius collantur et conserantur perficianturq. Aditum [itum actum  
ad id aedificium | habeant quicumque]<sup>23</sup> ad id colen[d]um<sup>24</sup> pedib. et ve-  
liculis et staticulis | [adibunt . . . . .]<sup>25</sup> Si quis | combustus.